





2b. 15





41.6.  
49

**ODA**

**HONORIBUS**

*Doctiss. & Præstantiss. Virorum*

**DN. FRIDERICI KRAUSEN,**

Goldbergâ-Silesii;

**DN. FRANCISCI WIRTHS,**

Uratislaviâ-Silesii;

**DN. FRANCISCI HEGEN**

WALDS, Cycnea-Misnici,

*Cum à*

*Spectatiss. Clariss. & Experientiss.*

*VIRO*

**DN. GOTHOFREDO**

**WEIDNERO** Medicinæ Doct. Profefs. P. &

pro tempore Amplissimæ Facultatis Decano, & Illu-

striss. Principibus Ligio-Bregensibus

Junioribus à consiliis

Medicis,

**MEDICINÆ DOCTORES**

renunciarentur,

*à puero assa voce*

*decantata*

Pridie Nonas VIIIbris

ANNI

MDCCXXIII.



Typis Michaelis Kochii.





**I**lle civilem meruit coronam,  
Qui suos cives, acie petitos  
Ensis hostilis, potuit tueri  
Fortiter armis:

**I**lle navalem meruit coronam,  
Castra qui scandens inimica primus  
Navium, classis fugat incubantem  
Faucibus hostem:

Ecquis æternis negitet coronis  
Esse mactandos, vigilanter omni  
Quotquot incumbunt studio, mederi  
Nosse dolores?

Qui vel invita Lachesi cruentum  
Condocent fatum superare, dulcis  
Atque procidunt homini senectæ,  
Tempora vitæ,

Quive nascentes properant fugare  
Dexterâ morbos medicâ, ministros  
Mortis, à tristi totiesq; corpus  
Morte reducunt.

Quid juvat justo domitum triumpho  
Vinculis hostem cohibere? classem,  
Quid laceffentem juvat incruento  
Sternere Marte,

Ipsè si victor tetrico dolore  
Atque morborum laqueis tenetur  
Vinctus, & vitam toties sub acri  
Vulnere linquit?

Hinc



Hinc sibi Couſ sapiens, Galenus  
Pergami natus, peperere, Pæon,  
Seculis intermoritura nullis

Nomina laudum.

Hinc GOTHOFREDUS Medica peritus  
Arte WEIDNERUS, decus AEsculapi,  
Perpetis famæ sibi comparavit

Nomen in orbe,

Qui videt morbi ingenium latentis,

Qui videt tuti genium veneni,

Qui videt duri lapidis liqvorem

Lumine mentis.

Hinc tui portas studii brabeum,  
Annulus cingit digitum, capillos  
Pileus tinctus Tyrio colore,

TRIGA Virorum.

Hic honos, summas ubi fata metas  
Clauserint vitæ, diuturnus olim,  
Usque dum pascet polus astra, flores

Terra, manebit.

Quis tuas nescit FRIDERICE KRAUSE  
Ingeni dotes, tibi quas Apollo  
De luto finxit meliore, morbis

Morbus ut esses?

Arduum ne sit rabidos dolores  
Temperaturâ citò mitigare,  
Perdus pernox pharetras Salutis

Fingis & adfers.

Tuq;



Tuq; FRANCISCE Stadium subisti  
Impiger, WIRTHI, medicum, nec unquam  
Sedulos quivivit prohibere cursus  
Ulla voluptas.

Gratus hinc imis, Ducibusq; summis,  
Pauperi & diti, silicernioque:  
Sic tibi campus datus explicandi  
Conditamente.

Teq; HEGENWALDI teneris ab annis,  
Sive cum lustrat sola, sive linquit,  
Scripta te vidit veterum recentum  
Volvere Titan.

Plura visisti loca sacra Phoebo,  
Et megistanes Academiarum,  
Cui valetudo sua debet, artis  
Compos ut esses.

Arte felices age, Candidati  
Este Phæbea, propriis honorum  
Laudibus macti, satis addet artis  
Usus honores.

O Salus mundi, tibi nam Salutis  
Cura, da felix fiet ut medentum  
Cura, da pestis viduam Lycei  
Crescere sedem.

Deficit cunctis Hygiea, tristi  
Cuncta langvescunt acie: Salutem  
Dexter & firmas DEUS ipse nobis  
Suffice vires.

M. P. F.



Ja 666

ULB Halle 3  
002 177 021



5b-700

V017

MC











41.6.  
49

A  
IBUS  
*ntiss. Virorum*  
I KRAUSEN,  
â-Silesii;  
CI WIRTHS,  
-Silesii;  
SCI HEGEN  
cnea-Misnici,  
à  
*s Experientiss.*  
OFREDO  
nae Doct. Profefs. P. &  
cultaris Decano, & Illu-  
gio-Bregensibus  
consiliis  
is,  
DOCTORES  
entur,  
VOCE  
s VIIIbreis  
I  
XXIII.  
lis Kochii.

Inches  
Centimetres  
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black